

Ferdinandus
ctor excelsus
iuris inter
ceptoris

Orationem
buit ad Pont
Antonius Ga
lus cum imp
candam arbit
Cum enim te
uātia & fides
gularis. Præte
prudētia no
haud medioc
ges: & illustri
iugi præclaris
rit filium: in c
iuxta Horatia
uirtus: neq; in
læ columbam
coleris; ama :

- 00
- 01
- 02
- 03
- 04
- 05
- 06
- 07
- 08
- 09
- 10
- 11
- 12
- 13
- 14
- 15
- 16
- 17
- 18
- 19
- 20
- 21
- 22
- 23
- 24
- 25

do
sq
ræ

204
25
204
duplicata fol. 109.
y 139.

ia
ne
to
di
n
er
in
&
m
le
on
de
it
m
u
ae

Ferdinandus de Salazar decretorum do
ctor excellētissimo & famosissimo utriusq;
iuris interpreti domino Ioāni de Sala præ
ceptorī & domino suo. S. P. D.

*duplicata fol. 109.
p. 139.*

Orationem quam nuper luculentissimā ha
buit ad Pont. Max. Reip. Bononiensis nomine
Antonius Galeatius Prothonotarius Bentiuo
lus cum imprimendam curarem: cui potius di
candam arbitrarer q̄ tibi inueniebā neminem.
Cum enim te semper fuisse noram: cuius obser
uātia & fides in Bentiuolos omnes extiterit sin
gularis. Præterea ex discipuli tui æloquentia &
prudētia non ambigendum erat uoluptatem
haud mediocrem te capturum. Eam igitur le
ges: & illustri Principi Ioanni ac Geneuræ con
iugi præclarissimæ gratulaberis: q̄ talem edide
rit filium: in quo parentum uis omnis eluceat:
iuxta Horatianum illud: Est in æquis patrum
uirtus: neq; imbellem feroces progenerāt aqui
læ columbam. Vale & me a quo præcipue
coleris, ama: •

60

Oratio Antonii Galeatii Bentiuoli Pro
notarii Apostolici Oratoris nomine
Bononiensium habita apud Alexan-
dram Sextum Pont. Maximum.

¶ Gaudio maximo Beatissime pater: maximaq;
lætitia affecti sunt Bononienses uniuersi: postea
renuntiatum est tuam beatitudinem: sacratissima
amplissimaq; Pontificatus magni dignitate fuis-
se decoratam: dataq; esse illi habenas Christianæ
religionis moderandas: statimq; tuæ Bononien-
sis Reip. gubernatores decreuerunt nos ad Apo-
stolicam sedem esse mittendos: ut publico no-
mine reuerentissime uiseremur: & religiosissime
ueneraremur tuam Sanctitatem: qua nihil in ter-
ris uenerabilius fieri potest. Facimus itaq; im-
presentiam quod facere moniti sumus & debe-
mus. dedimus nos & diuina humanaq; nostra
omnia tuæ Sacratissimæ Maiestati obedienter:
præstoq; facturi quicquid nobis: quicquid suæ
Bononiensi Reip. ex Pontificali mandato in-
iunctum fuerit. Tota enim Ciuitas illa Apo-
stolicam sedem colit: tuamq; Sanctitudinem (sicuti
debet) officiosissime obseruat: ac reueretur. quã
oramus & suppliciter obsecramus ut deditios Bo-
nonienses ea comitate suscipiat: ea tractet indul-
gentia: qua tractari suscipiq; merentur subditi

fideles ac deuoti obnoxiiq; clientes. Et profecto
 si bene coniector debet mereturq; Bononia ni-
 hil ferme minus chara tuæ beatitudini esse q̄ pa-
 tria : cum illic in adolescentia: qua ætate uerus
 amor conciliatur: operam dederit studiis littera-
 rum: Gymnasiumq; illud scolasticum non pau-
 cis annis celebrauerit. Nam si patriam solumq;
 genitale diligimus propterea q; ibi nascimur:
 nonne illam quoq; Ciuitatem: & quidem arden-
 ter : amare debemus in qua formamur atq; in-
 stituimur liberalibus ingenuisq; disciplinis: si-
 cuti Sanctitas tua in Gymnasio scolisq; Bono-
 niensium formata est & instituta. Merito itaq;
 speramus habituros nos Pontificem: ut omniū
 maximū sic omnium optimū: ut potentissimū
 sic beneficentissimū: in cuius fidem manū atq;
 potestatem nos ac nostra tradidimus. Quod su-
 perest nouissimo loco pater meus cum totā Ben-
 tiuola familia se & sua dedit: dicat: subiicit tuæ
 clementissimæ beatitudini obediēter facturus
 quicquid illa præceperit. Qui impræsentia gau-
 dibundus exultat q; compater sit illius & dedi-
 titius: qui inter mortales maximus est: qui meri-
 to Christi Vicarius pōt appellari. Rogat oratq;
 maximope idē pater meus tuā Beatiss. pater bea-
 titudinem ut fidem: deuotionem: obseruantiaq;
 ipsius familiaq; Bētiuolæ comiter amplectet &

nutu Pontificali foueat : tucaturq; nos omnes
qui dediti sumus : addicti : mancipati tuæ Beati-
tudini omni bonitate præstanti : quam deus om-
nipotens diutissime : florentissimeq; permittat
sedis Apostolice & Romanæ ecclesiæ habenas
regere ac moderari. Dixi : ♦